

deminet cibo, vel in pluribus vicibus, aut vna sumpto, variæ differentiæ, primum à sapore, velut salsus, acris amarus (hocque iure censet Aristoteles) namque nutritre non potest putridum, amarum quoque non nutrit, ideo amarescit, quodcumque putreficit, quod in pomis citra vllum periculum experiri licet. Simile est de odore, alia enim oua putrefacta referunt, alia carnes, alia pisces, alia fructum quempiam, alia herbam, et si nil tale iam diu ederint, vel etiam penè viderint, simile & in colore, pleraque alia euadunt, alba, fuscæ, viridia, absque splendore citrea mixta: qualis plerunque mortuorum color, omnibus commune est sapotibus, odoribus, coloribus, horror, & abominatio; & permixtio, vix enim purum amarum inuenias putrescentibus in cibis: commune etiam est, ut qui putridis vescantur rebus, breui vel etiam repente symptomatibus grauibus corripientur, vomitibus intemperitiis, dolore, febre, mentis perturbatione, cordis palpitatione, conuulsione, & coloris in toto corpore permutatione, siti etiam, & ad quæ mors plerunque sequatur, sit qualisunque corruptionis natura, seu siccorum, vt lapidum & lignorum, quæ appellatur caries, seu humidorum, quam putredinem vocamus, seu mixta. Verùm putrida ad saporem acrum accedunt ob causam superiùs dictam, vt sint veluti allium, gingiber, aut piper (quoniam venena secus vt napellus, atque ob id quod destillatione pleraque perficiuntur, & putrescentia, vt dictum est, venena sint) sed immanitate abominationis persistunt. Vitannda ergo sunt omnia quæ talia sunt, mali sapotis, odoris, coloris foedi, in quibus permixtio magna, nihil syncerum, & maximè cum alba natura ad prauum colorem declinauerint, cæruleum, fuscum, liuidum, nigrum, pallidum, aut rubrum, vel contraria huiusmodi sunt, in album degenerauint, perfectè enim putrida sunt.

*Sal naturale  
putredini ac  
veneno resi-  
bit.*

Porro sal naturale non solum omni resistit putredini, sed etiam omni veneno, adeò ut etiam contra canis rabidi morsum in usum sit, minus tamen confert humano generi, quam pingua, & præcipue oleum, quamvis in communiori usu sit quam oleum. Et multæ nationes, ut audiui, sale priuatæ in calidis regionibus, ad internectionem pereunt amissio sale, aut interceptio; nam & plurimum in aridis illis regionibus usu eius indigent, non tam ob quotidianum viatum, quam ob conservanda illa, quibus pro viatu opus est, loco autem eius, nil proprius aceto acri: & est penè similiter calidum, præsertim à vinis potentibus, attenuat, incidit, appetitiam excitat, putredinem inhibet, siccatur, astringit, oculis nocet, ut etiam sal, & cerebro magis sale noxiū, velut & nervis, sicut in renum & vesicæ affectibus sal deterior est, generat enim lapidem in utrisque locis, vrinam exacuit: articulis intra & extra sal bonum est, acetum noxiū ventriculo: præterea & vtero sal bonum, acetum aduersatur: acetum corrigit aerem, sal non potest. Omnibus pinguis sal iucundè copulatur, non adeò acetum. Sal torrefacimus ad siccandas capitales fluxiones, liqueficit enim & perspi-

*Salis nocu-  
ta.*

Tom. VI.

tuum euadit, vt tegula, & crassior, sed recta, & quadrata, superponitur doloribus ventriculi flatuosis, & plurimum confert, item intestinorum: sed oportet cauere, ne ictoris regioni, vel etiam pectoris applicetur, neque ventriculi alia in causa admoueat, tutiusque est prius ac simul fouere ventriculum oleo ex fertula campana, & ex absynthio pingui. Sitim quoque sal mouet, tuncque cauendus est modus administrationis. Fit autem sal ex quavis re siccâ, & in cinerem redacta, oleo eiusdem proportione respondens: sed melius ex destillatione, & rursus pluribus accommodatur, vt etiam vinum, & acetum, viperinis carnibus ex pulegio, & thymo, atque aliis.

Quod verò aduersus serpentum mortis sal polleat, probat Plinius, dicens, quod si diligenter admoueat, venenum omne anteuerit, & enecat: & cum esculentâ per ipsum gustui ac ventriculo iucunda fiant, rationi consentaneum est etiam cordi esse gratissimum, atque hilariatem induceret, & perinde non modò gratus, sed admodum salutaris erit, atque humano generi necessarius, cum nulla sit hominum pars in orbe terrarum, quæ sale non valde appetat, summoque studio conquirat: eo enim tanquam instrumento ad concoquendum necessariò vtuntur, quoniam nihil est tam gustui per difficile, quin socio, administroque sale perfacile fiat: imò & quam plurima sale aspersa è mari, aliisque diuersis & longinquis partibus comportantur: talia enim salita diutius asseruantur, ac incorrupta transmittuntur: tantaque etiam est vis atque natura salis, vt quibus admiscetur, si mortua sint, à putri corruptione tueatur, si verò viuentia, ab omni ferè morbo vindicet. Et licet per se parum nutritat, est tamen pro summo vitæ discrimine valde commodum, sicuti experimento comprobatum est, multis qui ardua, deserta, atque longissima subituri erant itinera, solo sale pro tutissimo viatico se esse præmunitos, coghoſcentes rerum omnium condimentum, ac veluti antidotum esse pro famis ingeniosa necessitate, vt glandibus, aut herbis, sive earum radicibus, tametsi noxiis, commixto illo, tuitius posse: sic enim crudum atque minime stomacho insuetum cibum, sale inspergentes, gustui magis familiarem, atque nutritioni aptum reddunt. Solus etiam, si granum sub lingua contineatur, famem ac sitim compescit, quod & nunc temporis in calidissimis regionibus ferunt, ob nimium æstum vehementer siti affertos, salis modicum sub lingua contineare, & triduo, atque eo plus non sitim modò, sed & integrum famem depellete, causamque esse reor pituitam, quam lingua à cerebro & à ventriculo attrahit, quæ aërem respiratum humidum reddit, & famem ac sitim subinde cohabet, dummodo in exigua (vt diximus) sit quantitate, sal enim multis sitim ac difficilē facit, paucus verò non, sicuti præclarum extat Cæsarialis Caroli Quinti exemplum, qui dum

*Tegula salis  
doloribus co-  
ferti.*

*Sed ex quavis  
re ferte.*

*Sal à corru-  
ptione inerit  
emoritur.*

*Sal famem &  
scim compes-  
cit.*

*Historia Cæ-  
roli Quinii.*

C 2 maximum